

# CATULLUS I, 5

## TEXTO

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus,  
rumoresque senum seueriorum  
omnes unius aestimemus assis<sup>1</sup>!  
soles occidere et redire possunt:  
nobis, cum<sup>2</sup> semel occidit breuis lux,  
nox est perpetua una dormienda.  
da mi basia mille, deinde centum,  
dein mille altera, dein secunda centum,  
deinde usque altera mille, deinde centum.  
dein, cum<sup>3</sup> milia multa fecerimus,  
conturbabimus illa, ne sciamus,  
aut ne quis<sup>4</sup> malus inuidere possit,  
cum<sup>5</sup> tantum sciat esse basiorum<sup>6</sup>.

## SUBJUNTIVOS

**Subjuntivo Presente com função exortativa:**  
vivamus, amemus, aestimemus

**Subjuntivo Presente com função de demonstrar intenção:** ne *sciamus*, ne quis *possit*

**Subjuntivo Perfeito com sentido temporal, regido por conjunção:** cum *fecerimus*

**Subjuntivo Presente com sentido temporal, regido por conjunção:** cum *sciat*

<sup>1</sup> *aestimemus omnes rumores unius assis*: aestimemus rumores sicut aestimamus unum assem, id est, rumores despiciamus.

<sup>2</sup> *cum*: ubi, quando.

<sup>3</sup> *cum*: ubi, quando.

<sup>4</sup> *quis*: aliquis.

<sup>5</sup> *cum*: quod, quia (causam indicat).

<sup>6</sup> *tantum esse basiorum*: “tanta basia esse” interpretatur.